



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et  
Insignia, Iconibus, additis genuinis**

**Mennens, Frans**

**Maceratae, 1623**

Incipit Prologvs Regvlæ Pavpervm Comilitonum Christi, Templiq[ue]  
Salomonis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10718**



INCIPIT PROLOGVS  
REGVLAE PAUPERVM  
Comilitonum Christi, Templiq;  
Salomonis.

**C**Mnibus in primis sermo noster dirigitur, qui cuncte proprias voluntates sequi contemnit, & summa ac vero Regi militare animi puritate cupiunt, ut obedientia armaturam preclaram assumere, intentissima cura implendo preceptare, & perseverando impleant. Hoc amur itaque, qui usque nunc milisiam secularem, in qua Christus non fuit causa, sed solo humano favore amplexati estis: quatenus horum unitati, quos Dominus ex massa perditionis elegit, & ad defensionem S. Ecclesie gratis pietate composuit vos sociandos per humaniter, feliciter. Ante omnia autem, quicunq; es d' Christi miles, tam sanctam conversationem eligens, te professionem tuam opere puram adhibere diligenter, ac firmam perseverantiam, que à Deo tam digna, sancta, & sublimis esse dignoscitur: ut si pure & perseveranter observetur inter militantes, qui pro Christo animas suas dederūt, sortem obtinere mereberis. In ipsa namque reforuit, & reuixit ordo militaris, qui despecto inservit zelo, non pauperes, aut Ecclesias defensare, quod suum erat: sed rapere spoliare interficere contendebant. Bene igitur nobiscum agitur, quibus Dominus, & Saluator noster Jesus Christus

amicos suos à civitate Sancta in confinium Francie, ac Burgundie diuexit, qui pro nostra salute, veraq; fidei propagatione, non cessant, animas suas hostiam Deo placetem offerre. Nos ergo cum omnib; gratulatione, ac fraternali pietate precibusq; Magistri H V G O N I S, in quo predicta militia sumpset exordium, cum spiritu sancto intime ex diversis Ultra-montana provincie mansionibus, in solemnitate Sancti Hilarij, anno 1128, si 1128. Anno Chri ab incarnato Dei filio, ab inchoatione predicte militiae nono, ad Trecas, Deo Duce, in unum conuenimus & modum obseruantiam ordinis Equestris per singula capitula, ex ore ipsius predicti Magistri H V G O N I S audire merui- mus, ac iuxta notitiam exiguitatis nostra scientie, quod nobis videbatur bonum & utile, collaudauimus. Verum enim vero, quod nobis videbatur absurdum, omnique quod in presenti Concilio nequivit esse nobis memoraliter relatuum, ac computatum, non lenitate, sed consulta prouidentia, & discretione venerabilis patris nostri Honori, ac incliti Patriarche Hierosolymitanj Stephani fertilitate, ac necessitate, non ignari Orientalis religionis, nec non pauperum comilitonum Christi, consilio communis capituli unanimiter commendauiimus. Sana autem prorsus licet nostri dictaminis au- toritate

S. Bernar-  
dum intel-  
lige.

Exortate per maximus numerus religio-  
rum patrum, qui in illo Concilio diui-  
na admonitione conuenerunt, commen-  
dat: non debemus silenter transire qui-  
bus videntibus, & veras sententias pro-  
ferentibus, ego Ioannes Michaelsenis,  
presentis pagina, iussu Concilij, ac vene-  
rabilis Abbatis Clareuallenensis, cui credi-  
tum, ac debitum hoc erat, humilis scri-  
ba esse diuina gratia merui.

**NOMINA PATRVM**  
residentium in Con-  
cilio.

Huius Con-  
ciliū memi-  
nit Guil. Ty  
rius lib. 12.  
Hist. Belli  
sacri c. 7.  
PRIMUS quidem resedit *Mattheus Albanensis Episcopus*, Sanctae Romanæ Ecclesiæ Legatus: deinde *Rinaldus Archiepiscopus Remensis*: tertius *Henricus Archiepiscopus Senonensis*: De hinc Coepiscopi eorum *Ranckedus Carnotenensis Episcopus*, *Gosseus Suefforum Episcopus*, *Episcopus Parisensis*, *Epi- scop. Trecensis*, *Praef. Aurelianensis*, *Episcop. Antisiodorensis*, *Episcop. Melden sis*, *Episcop. Catalaunensis*, *Episc. Laudunensis*, *Episcop. Beluacensis*, *Abbas Vezelacensis*, qui non multò post fa-  
ctus est *Lugdunensis Archiepiscopus*, ac S.R.E. Legatus, *Abbas Cisterciensis*, *Abbas Pontimacensis*, *Abbas trium Fon- tium*, *Abbas S. Dionysij de Remis*, *Abbas S. Stephani de Diuione*, *Abbas Molesmij supra nominatus*, *Abbas Bernardus Clareuallis* non desuit, cuius sen-  
tentiam præscripti libera voce collau-  
dabant. Fuerunt autem Magister *Al- bericus Kemenensis* & Magister *Fulgerius*,

ac complures alij, quos longum esset enumerare. Cæterum verò de non literatis idoneum nobis videtur; vt te-  
stes amatores veritatis adducantur in medium: *comes Theobardus*, *comesque Niuernensis*, ac *Andreas de Bandimero*, intentissima cura, quod erat optimū, scrutantes; quod eis videbatur absur-  
dum, vituperantes, in concilio sic af-  
sistebant. Ipse verò *Magister militiae Hugo nomine reuerā non desuit*, &  
quosdam de fratribus suis secum ha-  
buit. Verbi gratia fratrem *Godefridum*,  
fratrem *Rorallum*, fratrem *Gaufridum*  
*Bisol*: fratrem *Paganum de monte Des- derij*, *Archembaudum de sancto Amano*.  
Iste verò magister Hugo cum istis di-  
scipulis modum & obleruantiam exi-  
guæ inchoationis sui militaris ordi-  
nis, qui ab illo, qui dicit, *Ego Princi-  
pium, qui & lequor vobis*, sumpfit exor-  
dium: iuxta memoriarum suarum notitiam,  
suprənominatis patribus intimās. Pla-  
cuit itaque Concilio, vt consilium  
ibi limā, & consideratione diuinarum  
scripturarum diligenter examinatum,  
tamen cum prouidentia Papæ Romani,  
ac Patriarchæ Ierosolymitani, nec  
non capituli assensu & pauperū com-  
militonum Templi, quod est in Ieru-  
salem, scripto, commendaretur, ne  
obliuioni traderetur, & inenodabili-  
ter seruaretur: vt recto cursu, ad  
suum conditorem, cuius dulcedo tam  
mel superat, vt ei comparatum velut  
absythium sit amariissimum, perueni-  
re dignè mereantur: præstante, cui mi-  
litant, & militare quæant, per infinita  
seculorum secula. Amen.



O REGV-